



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 7. Carolus Thomas de Tournon ad Sinarum Imperium a Papa decretus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. dignabantur. Ita nempe omnis sectæ
A. C. 1702. comes individuus est infana perti-
 nacia.

§. VII.

*Carolus Thomas Turnonius ad Sina-
 rum Imperium missus.*

*Clem. XI.
 Brev. &
 Epist. p. 132.*

Jam anno priori summus Pontifex Ca-
 rolum Thomam Turnonium Patriar-
 cham Antiochenum unacum aliquot
 pietate & doctrina probatis Viris tan-
 quam Visitatorem Apostolicum in Si-
 nas mittere decreverat, ut de contro-
 versis Sinensium ritibus referret, &
 summi Pontificis, necnon Sacræ Con-
 gregationis decreta desuper condenda
 executioni daret. Hic igitur die duo-
 decima Julii hoc anno perarduum hoc
 iter aggressus est, Pontifex vero jam
 die septima Januarii ad Franciæ & Hi-
 spaniæ Reges literas dabat, enixe ro-
 gans, ut eundem hunc Vicarium, ejus-
 que expeditionem juvare ac fovere ve-
 lint. Pariter utriusque Tartariæ & Si-
 narum Imperatorem datis die vigesima
 Junii literis rogabat, ut pro ea, qua
 ab omnibus commendatur, animi ma-
 gnitudine Turnonium Præsulem tot
 tantisque dotibus exornatum liberali-
 ter recipere, eidemque plenam fidem
 in iis, quæ Pontificis nomine explica-
 turus

turus effet, adhibere, & munuscula, Sæc. XVII. A.C. 1702.
 quæ eidem deferenda commisisset, potius tanquam paterni affectus, & egregiæ erga Imperatorem voluntatis signum, quam censum gratanter acceptare velit. Eadem ferme Pontifex ad Goanum, Manilanum Archiepiscopum, Meliaporensem, aliosque Apostolicos in Indiis Orientalibus Vicarios, necnon ad Goannæ Urbis Inquisitores perscripsit. Interea Papa gravissimam de Sincis ritibus controversiam, quamvis sub Innocentio XII. mature expensam, ut eam tandem definire posset, ulteriori adhuc examini subjecit, prout in literis die nona Decembris ad Petrum Lusitanæ Regem datis testabatur, his verbis: „Confidere omnino debet Majestas tua, Nos in caussa, quæ agitur „circa Sinensium ritus, nullo modo „recessuros esse ab instituto Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, qui in similibus controversiis „nullam, quoad maturam rei inspectionem, diligentiam prætermittere consueverunt: ferendi vero judicii rationem a Patre luminum sæpius consulto, „ac exorato expetendam, expectandamque esse intellexerunt. Quod quam „Nobis propositum sit, vel ex eo facile „constare potest, quod quamvis satis „compertum haberemus, quam accu-

Sæc. XVII. „rato examine hæc ipsa caussa sub fel.
 A. C. 1702. „rec. Innocentio XII. Prædecessore no-
 „stro expensa fuerit, Nobis tamen ad
 „Apostolicum munus subinde evocatis
 „visum est, cogitationes, atque confi-
 „silia nostra in eundem scopum con-
 „ferre, ipsamque controversiam ulte-
 „riori disquisitioni subicere, ut demum,
 „Deo authore, cujus opem humiliter
 „exposcimus, & præstolamur, id, quod
 „Ecclesiæ bono, animarumque Saluti
 „expedire docebimur, perficere vatea-
 „mus. Majestati itaque Tuæ, quam
 „in sollicitudine nostra conquieturam
 „esse non ambigimus, in hoc præser-
 „tim negotio, quod nullo partium stu-
 „dio, nullo officiorum genere, urgeri
 „potest, auspiciis uberis felicitatis
 „deferimus. „

§. VIII.

*Bellica expeditio Cæsaris contra Hi-
spanos & Gallos.*

*Hist. de
 Princ. Eug.
 tom. I.
 Mem. Hist.
 & Chron.*

Cum bellum hoc anno ad vicinas Pon-
 tificiæ ditionis regiones consistere
 videretur, Pontifex Cæsarem, ac Fran-
 ciæ Regem datis die septima Januarii
 literis enixe rogabat, quatenus eas
 inire vellent rationes, quibus Eccle-
 siasticæ ditionis immunitati, & præser-
 vationi a bellicis calamitatibus consul-
 tum